

IF 2/76 #250,

Te
2. d
12.1
1350
2.166
12.195
5.507

PETRVS MARTYR VERMILIVS
Theologus.



*Tuscia me pepulit: fouet hinc Germania, dein &
Anglia: Martyr eram nomine reg³ pius.*

M. D. LXII.

PETRVS MARTYR VERMILIVS

Florentinus;

Literarum bonarum, ac in primis religionis studio
ab ipsâ pænè pueritia inflammatus;

Sancti Augustini Canonicorum ordini primùm
addictus in Cœnobio Fæsulano;

Patauij totius Philosophiæ & linguæ Græcæ; Bono-
niæ etiam Hebrææ exactam adeptus notitiam;

Sacris dehinc concionibus habendis, omnium
illius ordinis totâ Italiâ princeps habitus;

Aeterni demum Lum. datoris cœlesti irra-
diatus luce;

Cum Ioanne Valdesio Hispano prima Neapoli, ac
dein Lucæ in staurandi Christianismi fun-
damenta iecit:

Mox Romæ vstulandus, amicorum suafu, ingra-
tæ patriæ valedicens, Tigurum primò, inde Basi-
leam, pòst Argentinam, procurante Mart.

Bucero vocatus;

Quin & cum eodem in Angliam ab Edouardo
VI. Rege euocatus Oxonium, ad profi-
tendum sacras literas;


Sed Marianis mox sequutis temporibus iterum
cedens Angliâ, Argentinæ in pristinum
locum restitutus;

Tigurum denique senectæ suæ portum
sortitus optatum:

Quo in loco sacras literas quinquenniũ cir-
citer, maximâ cum omnium attentione
& admiratione interpretatus est;

NARRATIO
HISTORICA VI-
CISSITVDINIS RERVM,
quæ in inclyto Britanniaë Regno
acciderunt, Anno Domini
1553. Mense Iulio.

Scripta à P. V.



1553.

MARRIAGE

HISTORICAL

RECORDS

OF THE STATE OF VERMONT

FROM 1792 TO 1892

IN TWO VOLUMES

VOLUME I

1792-1847

NEW YORK

1892

Digitized by the Internet Archive
in 2013

NARRATIO HISTORICA VICIS-

situdinis, rerum quæ in inclyto Britan-
niæ Regno acciderunt, Anno 1553.

Mense Iulio scripta à

P. V.



D V A R D V S
vi. Angliæ, Franciæ
etc. Rex Anno Chri-
sti Saluatoris 1553.
ætatis 16. regni sui
septimo, Pridie non-
as Iulias dicitur in
fata concessisse. De

cuius obitu etsi subornati putantur,
qui dicerent, infirmitate naturæ ac
morbo eum nescio quo extinctum
esse, superant tamen iactatæ passim
suspitiones, uel ueneno quodam len-
to, & multo ante præbito paulatim
absumptum, uel etiam, cum uenenum
tardius expectatione cupiditateq; par-
ricidarum operaretur, ui ac ferro clam
peremptum ab ijs, qui non solum in

A ij uetes

ueterato quodam sed diu dissimulato laborassent odio Henrici viij. eiusq; liberorum, sed etiam uel successionis in regno ius ipsi opinionis errore sibi finxissent, uel eiusdem per fas nefasue arripiendi spem insatiabili quadam dominandi cupiditate iam dudum ante animis deuorassent. Tanti facinoris cum suspicio tum fama præcipua est penes Ioannem Dudleum Northumbriæ Ducem, Cuius pater ab Henrico viij. genitore Eduardi vi. capite truncatus fuerat, & filius hoc tempore Gulpherdus coniugem haberet Ioannam Mariæ, quæ soror minima natus Henrici viij. fuit, ex filia Franciscæ neptem. Is Ioannes Dudleus post suum patrem capitali supplicio affectum, cum potissima etiam hæreditatis pars Fisco regio adiudicata esset, destitutus successionem & rerum & dignitatis paternæ, militiæ potissimum sese dedit, in quo uitæ genere cum Gallico Scoticoq; bellis, editis aliquot præclaris facinoribus uirum præ cæteris strenuum sese probasset,
inno

innotescens passim, & iam ipsi quoque
propter uirtutis opinionem charus
Regi, qui siue ad abolendam recorda-
tionem sumpti de patre illius tristissi-
mi supplicij, siue ornandæ uirtutis stu-
dio, Primo Baronē, deinde Comitem
eū creauerat, ad id fastigium dignitatis
autoriatisque in aula breui temporis spa-
cio euasit, ut regij secretique consilij, &
rerum omnium gerendarum fere prin-
cipatum teneret .

Postea uero exempto rebus hu-
manis Henrico viij. qui ei succedebat
filius, & ex maris utero cæsus fuerat
Eduardus vi. ut suæ etiam erga Du-
dleum beneuolentiæ specimen quode-
dam singulare egeret, Erat enim Du-
dleus ex 12. tutoribus adolescenti Regi
à patre cōstitutis uel præcipuus. Eum
Northumbriæ ducem fecit. Iis hono-
ribus effectum est, ut idem Dudleus
gubernationis regiæ dux iam & autor
haberetur, ex cuius, secundum Regem,
uoluntate & nutu reliquus fere omnis
penderet Senatus. Ita summa omnia
non magno negotio adeptus, cum

A iij quiescere

quiescere animus non posset, nimirum & cogitatę diu aduersus regios liberos de patre uindictę, & regię dignitatis ad sese suosq; eadem opera transferendę, stimulis iam diu agitatus, & impubere adhuc rege Eduardo, ad ea, quę animo cogitarat, neminem præter auñculum regis Eduardum Senior ducem Somersitensem, quem Protectorem uocabant, sibi obstare arbitretur, cum primum omnium falso proditionis crimine reum factum securi ceruicem præbere coegit, fide puero Regi, cuius per ætatem infirmum erat iudicium, facta, eum iure cæsum esse, quod in stirpem et maiestatem regiam nescio quid molitum constaret. Fuerat is protector omnium bonorum iudicio uir optimus, & pueri Regis sui ex sorore nepotis ingenium per se præstantissimum deprehensum præclara optimarum disciplinarum, religionis, et linguarum cognitione instruendum, excolendumq; curauerat, nec tamen bene meritum senem uel regia consanguinitas, uel officiorum dexteritas
& fides

& fides, ab iniusti supplicij nefaria fœditate asserere, aut immunem potuit prestare. Hoc fidelissimo Regis custode sublato per iniquæ clamationis iudicium, cum idem Dudleus Northumbriæ dux Ioannã, ut diximus, filio suo nuptam dedisset, non dubitavit, à morte Eduardi vi. qui unicus uirilis stirpis Henrici viij. Rex supererat, regnum ad nulum suam legitimæ successionis specie atq; prætextu facile transiturum. Et si enim superesse sciret duas regis Henrici viij. filias, nimirum Mariam ex prima coniuge Catharina Hispana, Caroli v. Cæsaris consobrina, & Elizabetham de secunda coniuge regia Anna Bullina natas, Quibus auito Anglorum more, maiorum institutis, & lege cum naturæ tum regni, extinctis uirilis sexus hæredibus, ut & propioribus Henrico cognatis, & natu maioribus, alteri scilicet post alteram regiæ coronę successio deberetur, Quia tamen illarum priorem ex fratris Arthi Vualliaë principis, cui Cæsaris matertera ante matrimonium cum

A iij Henrico

Henrico viij. Arthi fratre, contractum
nupta fuerat, coniuge, posteriorem ue
ro ex matre, quam uel à rege uxorem
haberi (repudiata enim Catharina, &
adhuc uiuente, Henricus viij. eam
duxerat) legibus diuinis non licuisset,
uel quæ ob adulteriÿ suspicionem iussu
ipsius Regis postea capite truncata es
set, prognatas constaret, utramq; ut il
legitimas hæredes honestissima specie
à regni successione excludi posse, ac de
bere, quàm sibi tam alijs facile persuas
sum iri confidebat. Sic spe amplissima
rum rerum, & consilijs astutissime cog
itatis, cum etiam Gallici regis amici
tia sese, missa ad eum ingenti pecunia,
muniuisset, omnia sibi iam tuta satis
existimans, tollendi è medio innocen
tissimi Regis, & maximæ spei adoles
centis parricidiale facinus fertur ag
gressus esse. Quod ut maturandum pu
taret, *προκατάρκτικον* αίτιον accessit, Re
gis cum ætate paulatim accrescens in
telligentia & *παρρησία*. Cum enim esset
Eduardus adolescens sagacissimi &
præstantissimi, sed per ætatem non sa
tis

tis cauti, interq̄ hiantes lupos atq̄ uulpeculas parum prouidi ingenij & iudicij, consideratis sensim attentius, quæ gerebantur, rebus, interdum de occiso auunculo & de alijs regni negocijs uoces liberiores sibi excidere patiebatur. Interuenerat aliquando Dudleus iam Northumbrię dux, cum Rex historias Anglicas, erat enim lectionis cupidissimus, euoluens, fortè incidisset in pagellam, quæ continebat narrationem de patre Northumbrię ducis pœna capitis affecto, q̄ Henrici viij. patris Edwardi uitæ fortunisq̄ aliquando fuisset insidiatus. Non habuerat historia expressum nomen patris Dudlei, Itaq̄ hęlitans Rex de eo, quęsierat quis fuisset, Cum Dux eam rem curiosius à Rege cognosci neq̄ utile sibi, neq̄ honorificum, & ideo quoad posset prohibere, ferendum non putaret, erepto Regi libro pro tutoria autoritate, Quid, inquit, ætatem & ingeniolum oneras cognoscendis uulgi commentitijs fabulis? & puero, qui astabat, arcus cum sagittis, quibus exerceri Britannica

A v adolescens

adoleſcentia ſolet, afferri iuſſo, Regem
pariter in aream ludendi exercitijs deſ-
tinatam ſecum abducit. Ibi poſtea-
quam iaculandi ad ſcopum certamine
aliquandiu colluſiſſent, et regiam fortè
ſagittam, quod extra metæ cancellos
longius auolaſſet, Dux cum cachinno
reprehendiſſet, Rex ſiue riſu ſui indig-
natione, ſiue nondum diſcuſſa fortè με-
λαγχολία animi, quam ex Angli-
cæ hiſtoriae lectione conceperat, longiuſcu-
lè, inquit, aberravi fateor. At tu me-
lior artifex tanto propius mei cerui-
cem feriebas auunculi. Dux eius ſcom-
matis acerbicatem tū quidem ſeſe in-
telligere diſſimulauit, contentus hoc
ſaltem reſpondiſſe, q̄ non ſe autore,
ſed regni legibus & Senatus conſulto
factum eſſet, à ſe qui nequiuerit prohi-
bere non oportere præſtari, tacitè ta-
men, quarum rerum cogitationibus
Regis pueri præter ætatem ſagax ani-
mus ſenſim occuparetur, non ſine do-
lore conſiderauit. Alio tempore cum
Rex emerito cuidam ſeruo, cuius fi-
des & induſtria ſub patris etiam impe-
rio

rio multos annos probè spectata fue-
rat, arcem quandam amœnam, ut mul-
tæ sunt in Anglia, donasset, nec aude-
rent consiliarij, quorum Dux præci-
pius habebatur, Regis in ea re uolun-
tati coram repugnare, postmodum ser-
uulo illi prehenso soli suadent, ut pe-
tat à Rege oblatum munus aliqua pe-
cuniaria largitione commutari, & in-
nuunt homini plebeio arcis regię pos-
sessionem & inuidiosam fore & peri-
culosam. Mouit ea res emeritum il-
lum, qui captata occasione adeundi
Regis, petit tenuius aliquod munus
addita causa, quam erat à consiliarijs
edoctus. Sensit ilico Rex pro ea qua
erat ingenij perspicacia, hunc à capes-
cendo dono, quod erat oblatum, mi-
nis consiliariorum absterritum esse.
Ex obujs igitur quærit causam non
concessæ arcis ei, cui ipse donarat, cum
unus è multis, non sat scio Duxne an
alius, Domine, inquit, non consultum
uidebatur neq; utile, domos usibus &
honoris regio destinatas plebeis con-
ferri, Tum uero Rex præ puerili do-
lore

lore lachrymis penè erumpentibus,
At uobis, inquit, & uestris, quidquid
flagitastis semper & consulto & utili-
ter confertur, nec tum obstat uel usus
uel honos regius, & per uos non lice-
bit mihi, quibus debeo uoloq̃, de meo
largiri? Has & consimiles adolescentis
Regis sepe liberius effusas uoces con-
sentaneum est, non minimos stimulos
fuisse & Duci & ceterorum aliquibus,
ut tollendi quoquo modo illius ratio-
nem prius ineundam putarent, q̃ ad
regni maiestatem & in his etiam tenel-
lis annis maturitatem intelligentiæ, iu-
stæ ætatis accederet autoritas. Illud
constat, sparsa iam de Regis ægrota-
tione fama, neminem diu ad eum ad-
missum esse, q̃ infirmitatem ipsius fin-
gerent non posse sustinere hominum
alloquia & interpellationes, donec se-
rò tandem, ubi commodum parricidis
uisum est, uel potius Deo occulta in lu-
cem producente, lippis & tonsoribus
(quod aiunt) notum esse cœpit Re-
gem lenta quadam tabe absumptum,
& laxatis solutisque ante obitum tam in
pedibus

pedibus & manibus digitorum uugui
culis, in arce Gruneuicensi uitam cum
morte commutasse. Vnde non iam
suspicio, sed fides omnibus facta est,
Regem ueneno interfectum esse, ta-
meti susurraretur à plurimis, ipsius
corpus quoq; tardius quam pro parri-
cidarum cupiditate et festinatione ani-
mam exhalantis cultro crudeliter fœ-
datum fuisse, de quo tamen nihil faci-
le affirmauerim, cadauer saltem noctu
per Thamylin fluium sine ulla pom-
pa clam Vuestmonasterium auectum,
pheretro inclusum, purpura cooper-
tum, uexillorum regionum circa tum-
bam insignibus ornatum, & satellitio
custoditum in sacello regiae aulae pub-
lice omnibus licuit intueri. Hic finis
& tristissimus è uita exitus fuit Regis
ætate quidem immatura, uerum sa-
pientiæ, pietatis, & heroicarum uirtu-
tum indole stupenda præditi, cui si ui-
uere per suos licuisset, haberet hæc
mundi senescentis postrema & cada-
uerosa facies boni Principis exem-
plum omnibus retro seculis conferen-
dum,

dum. Sed ad narrationem redeo. Sub-
lato iam è uiuis Rege, Dudleus Nor-
thumbriæ dux uiduo iam regno, ut ca-
daueri coruus inhians, proceribus in
aulam Londinensem conuocatis, de
summa rerum deliberationes propos-
nit, magnitudinem ostendit periculo-
rum, quæ interregnum diuturnius com-
mitari soleant, probatoq̄, q̄ post Ma-
riam & Elyssam, regias quidem filias,
sed dubijs, suspectis, prohibitisq̄ matri-
monijs natas, proxime ad Ioannam nu-
rum suam, tum legitimæ natiuitatis iu-
re, tum regni legibus redierit coronæ
hæreditas & successio, Hortatur, q̄
æquum iustumq̄ sit, ut id suffragatio-
ne & suarū singuli sententiarum sub-
scriptione ratum & habeant & fa-
ciant. Non deerant, qui (ut sunt saga-
cissima Anglorum ingenia) satis animè
maduerterent, eò Ducis consilia & co-
natus tendere, ut euecto ad regiā emi-
nentiam filio, cui Ioanna nupta erat,
facile totus Angliæ dominatus in Du-
dleorum familiam transferretur, nec
obscurum erat, eam rem non solum ad
nefariam

nefariam internationem regionum liberorum, sed etiam multorum aliorum oppressionem spectare. Imo iam ipse Dux interdum animi quadam impotentia spirauerat uoces minarum et terroris plenas, tum de exteris nationibus omni Britannia pellendis, tum multis immaniter trucidandis, quæ etsi melioris consilij animiq; uiros non leuiter commouissent, metu tamen uirium, quibus Dux pollebat, Habebat enim numerosum exercitum & omnem regiam armaturam in sua potestate, contra illius aut uoluntatem aut consilium nemo mutire audebat. Facile itaq; obtinuit uir ingentis spiritus, singularis facundiæ, & potentia formidabilis, ut cæterorum procerum pars ex animo & uere, pars uero, & quidem ut postea res docuit, potissima, saltem simulate pedibus in propositam sententiam irent. Sic Ioanna Henrici viij. ex minima natu sorore Maria proneptis, filia Franciscæ ex Duce Sufflociense, et Culferdi filij iij. ducis Northumbriæ coniunx, Regina decernitur,

decernitur, ac statim ad 10. diem mens-
sis Iulij non sine contumelia quidem fi-
liarum regiarum, sed neq; magnatum
neq; populi aliquo singulari applausu,
publice proclamatur, Mos in Anglia
est, ut solemnes nouorum Regum de-
nunciaciones populus approbet, ho-
rum uerborum acclamatione: Deus
seruet Regem aut Reginam, hic cum
nihil tale audiretur, & omnium homi-
num uultus tristes & auersi cernerentur,
minime probari populo, quod age-
retur, uel ex silentij profunditate faci-
lis coniectura fuit. Vnus erat Culber-
tus statura proceriore uir, & animo-
sus, Is solus detestatus contumeliam,
qua filia Regis, in Ioannæ præconio,
quasi non legitimo toro nata, illibera-
liter deformabantur, moestam ciuium
taciturnitatem uocis licentia rum-
pens, O degeneres, inquit, animos,
Nulla Anglici sanguinis gutta super-
est, si quem non commouet ad uindi-
cæ cogitationem contumeliarum
atrocissimarum indignitas. Quæ uer-
ba tantisper passim iterabat, donec præ-
henso

henso & in carcerem coniecto Ducis
iussu, postridie, qui erat 11. Iulij dies, am
bæ auriculæ ad palum præciderentur.
Sed ne hac quidem ignominiosa capi
tis mutilatione liberi hominis uox re
pressa est. Nam subinde Deum testas
tus uindicem, non desijt constanter,
quæ dixerat, & sentire & proloqui.
Itaq; ad grauioris poenæ sententiam
expectandam in custodiam reduci
tur, quam fuisset subiturus, nisi quæ
secuta est, eum omni periculo pariter
& carcere exemisset rerum mutatio.
Erat iam Ioanna in arcem Londinen
sem, quam Turrim uocant, comitatu
quidem minus frequenti, quadam ta
men solempni pompa, & quidem ma
tre Francisca caudam uestis illius le
uante, adeo gratus utriq; honos fuit,
introducãta, cum interim Maria, filia
rum Henrici viij. natu maior, ac Cæsa
ris Caroli v. consobrina, acceptis ijs,
quæ Londini gerebantur, loco se mo
uens s. Iulij die in regni interiores par
teis recessit, populi erga se animos fa
uoremq; periclitatura, siquidem præsi
B dium,

dium, quo uteretur, aliud in subitis rebus non habebat, nisi fiduciam popularis erga regiam sobolem beneuolentiae. Hic suae constantis & perpetuae iustitiae, qua pupillis praesidio esse solet & orphanis, documentum insignè clementia diuina dedisse uisa est. Confluxit enim subito tanta populi ad illam multitudo, ut ea breui spacio temporis in iusti exercitus amplitudinem excreuerit. Id siue commiseratione stirpis regiae, seu naturali subditorum erga dominos reuerentia, seu temerario imperitae multitudinis motu factum existimes, mirandum eo magis est, quod initio turbarum Maria penè sola relicta non solum omni spe humani praesidij, in tam tristi rerum statu, & improuisis motibus caruerit, Sed etià in uitae tam suae, quàm sororis periculo fuerit constituta, ut manifestum quidem sit aduersus immanes conatus, & nefarias molitiones coniuratorum, populi animos diuinitus excitatos fuisse. At dux Northumbriae compositis in arce Londinensi pro arbitrio rebus, audiat

toꝝ, Mariæ uires undiqꝫ ad eam confluente populo, indies crescere, bello eam persequi q̄ celerrime statuit, ratus uulgi instabiles animos, si illam citius omnium opinione oppressisset, in Ioannæ nurus suæ proclamatione tandem acquieturos. Relicto igitur potiore regni senatu, cui omnia sua facta probari nimium confidebat, ad arcis Londinensis custodiam, cum exercitu & tormentis aliquot bellicis Londino ad 14. diem Iulij egreditur. Iam omnium hominum animi, præsertim bonorum, in tota Anglia inter spem metumqꝫ ancipites hærebant, cum subito oritur, & quasi ἀπὸ μηχανῆς inexpectata rerum cōmutatio. Ecce enim quadriduo post Ducis ab urbe digressum regni proceres, qui in arce Londinensi relictī erant, cum urbis senatu, siue mutatis iam animis atqꝫ consilijs, siue tum demum detectis, quas Ducis hucusqꝫ metu dissimularant, cogitationibus, Mariam Henrici viij. maiorem natu de prima coniuge filiam, inclyti regis Romanorum Caroli v. conso-

B ij brinam

sobrinam, per omnes urbis plateas & uicos reginam Angliæ, Franciæ & Hybernæ &c. 19. die Iulij præconio solenni proclamant. Alia ibi continuo totius Anglię facies apparere uisa est. Eam enim Mariæ renunciationem tanta populi læticia, tantus clamor & applausus excepit, ut ea ipsa solennitas præconiij publici, quasi diu expectati triumphij speciem referret. Quæ res magno erat argumento, priorem Ioannæ proclamationem antea saltem silentio improbatam, nunc honorificis acclamationibus erga regni proximam ueramq; hæredem Mariam penitus antiquari. Primum de ipsa turri (sic diximus aliquoties aulam Londini appellari) Senatus regni & urbis continuo tradita in custodiam Ioanna creberrimis bombardarum tonitribus læticiæ & gratulationis publicę signa dedere. Vniuersa deinde urbs quæ aliquot dies uelut attonita tacito sese luctu metuq; macerauerat, in hilaritatem soluta totum eum diem institutis passim conuiujs festum habuit.

Nostra

Nostra quoque natio quæ ducem Nor-
thumbriæ præcipue infensum habue-
rat, inter cætera gaudia duos uini ca-
dos in uia publica collocatos, ad fores
arcis Chalibæ (id nomen est domui
mercatorię Germanorum) populo
ebibendos dedit. Idem fere aut simile
aliquid a cæteris nationibus factum
dicitur. Estque sic integer ille dies in læ-
ticia consumptus. Nobilitas uero Bri-
tannica honoris causa, (ut fit) nouo ue-
stitu ornans suum satellitium, tunica-
rum pectoribus primam nominis Ma-
riæ literam maiusculo caractere insui
curabat, Hoc quasi publico symbolo
Mariam reginam agnoscentes. Inter
hæc & Gilbertus ille, cuius præcisas
fuisse auriculas memorauimus, carce-
re emittitur. Hæc publici status con-
uersio, cum in cæteris urbibus An-
gliæ celeritate famæ percrebuisset, que
plausibilis & grata hominum auribus
acciderit, quæ manuum complusiones
& gratulantium uoces audite sint, nos
quoque qui tum iter in Anglia facieba-
mus testes esse possumus. Quibus om-

bus postridie in castra Ducis Northumbriae nunciatis difficile dictu maiorne exercitum terror an stupor inexpectatae mutationis Ducem inuasit. Agminatim deinde alij post alios Ducem deserunt ad Reginam confugientes. Ipse Northumbrus iam facile coniciens quo hic ludus euasurus esset, suis etiam rebus providendum ratus, ex tempore consilium sumit, & ægre dissimulato dolore conuersus ad suos. Hæccine, inquit, est collegarum, qui mihi omnium negotiorum consocij sunt, fides? Sed age eandem iaciamus salutis anchoram: & continuo signo tubæ dato, Mariam Angliæ reginam primum in castris, deinde Camerati 20 die Iulij magnificè proclamari iubet, sperans hoc facto, & peculiaris alicuius perfidiæ suspicionem à se amotam iri & parem sibi cum cæteris gratiæ aditum apud Mariam reginam fore. Quæ spes quod eū magno pere frustrata sit, euentus docuit. Ut primum enim Reginæ nunciatum fuit, eum ab exercitu desertum cum

pau

paucis Cameracum secessisse, ubi inter
eruditorum in scola, pulpita & cathe-
dras tutius sese latere posse putarat, nisi
si statim sunt cum mandatis, qui eum
prehenderent, Ita captus cum quatuor
filijs, & aliquot nobilibus ac seruis
plus minus uiginti in carceres arcis
Londinensis ad 25 diem Iulij ignomi-
niose abductus est. In toto eo itinere et
praesertim ubi Londinum uentum es-
set, per plateas uarijs populi iam libera-
ti metu tyrannidis ipsius, conuictijs ex-
ceptus est, Alijs proditorem, alijs parricidam eum clamitantibus, & ut de Si-
none apud Maronem dicitur, certas-
tim capto illudētibus. Quo tēpore ne
plebeia turba in hominem magis iam
cane et angue inuisum, faceret impetū,
difficulter & ægre qui captum duce-
bant, prohibere potuerunt. Tanta uis
est occulti in plebe diuq; metu dissimulati
aduersus tyrannos odij, cum se-
mel occasionem commoditatemq; e-
rumpendi cœperit, ut non sine causa
dictum sit à Sophocle, Vulgus lernam
esse multorum capitum. Erat tum ad

B iij poro

portam Gilbertus ille à uinculis dimif-
sus, qui simulac ducem conspicatus ef-
set, ore diducto uocisq; impetu eū ad-
ortus, En, inquit, parricida & prodi-
tor liberam honesti ciuis linguā, cuius
tu, quia innocentis caput aurium mu-
tilatione foedauisti, merito tuo raptas
ris ad dignam proditore & parricida
crucem. Hęc illius uerba clamor dete-
stantium proditorem & multæ contu-
meliosæ uoces abruperunt. Miserabi-
le, si cogites, spectaculum fuisset, eo-
rum, qui cum imperio, exercitu, tor-
mentis, paulo ante cataphracti magni-
fice urbem egressi erant, tam ignomi-
niosa inermium captiuorum uincto-
rumq; introductio, nisi atrociora meri-
tos omnibus constitisset. Quotidie de
inceps plures proditiōis & pessimo-
rum facinorum conscijprehendeban-
tur. Et inter hos Henricus, (aliq; Andre-
am nominant) Dudlæus frater ducis
Northumbriæ, Calethi quod munitis-
simum oppidum, Gallis dicebatur pro-
dere uoluisse, Captus præterea Episco-
pus Londinensis, qui incolumi statu
rea

rerum Ducis Northumbrię ut illi gra-
tificaretur Mariam illegitimę natiui-
tatis probro pro concione aliquoties
notauerat, & alij complures, quorum
infra subiiciam nomina. Post paucos
deinde dies fama aduentantis Re-
ginę cum magna omnium expectatio-
ne audiebatur, Quę tandem ad 3. Au-
gusti diem Londinum ingressa, & om-
nium procerum, nationum, ac ciuium
occurſu ſuſpenſis per plateas tapetis,
& emiſſis in aerem creberrimis tor-
mentorum ex arce fulminibus, cum
pompa plane regia, ſceptris, gladio de-
aurato, & alijs regni inſignibus præla-
tis, cum quatuor millium equitum, o-
mniũ hoſericis tunicis aureisq; paſ-
ſim catenis exornatorum comitatu, in
arcem Londinenſem applaudente o-
mni populo, regniq; foelicitatem præ-
cante, nobis tum etiã eum ingreſſum
ſpectantibus, deducta eſt. Hęc mirabi-
lis maximorum motuum uiciſſitudo
uiſa ſpacio unius menſis in amplifi-
ſſimo Britannię regno, Dei ſingulari be-
neficio ſine cœde & ſanguine (exce-

pta regis Eduardi nece) dignissima est
consideratione omnium bonorum.
Nam in ea manifeste conspici potuit,
Deum uere transferre, & constituere
regna, ut inquit propheta Daniel, nec
concedere proditoribus, aut seditiosis
diuturnam pœnæ immunitatem, Id
ipsum etiam prophético Rege monen
te, cum inquit, Viri sanguinum & do
losi non dimidiabunt dies suos, ut est
in lectione uulgari. Nos uero παντοκρά
τορα θεόν patrem unigeniti Filij Ihesu
Christi redemptoris & Emanuelis no
stri ardentibus uotis oremus, ut om
nium Monarcharum imperia ad glo
riam nominis sui & Ecclesiæ, quæ in
multis politijs dispersa fere sine nutri
cijs & patronis uagatur, incrementum
& incolumitatem pro sua immensa
bonitate, clementer prouehere dignetur,
cui soli Deo cum Filio & sancto
Spiritu sit laus, honos, gloria, trium
phus & dominatio perpetuis seculis,
A M E N.

REGina deinceps in arce præsidio
firmata

firmata, ne cuius facile pateret aditus, nisi quibus ipsa uoluisset, dies aliquot commorata primum omnium defuncti regis Eduardi cadauer quod Vuest monasterij asseruabatur, sepulchro aut Henrici viij. quod in templi interiore sacello magnifice Henricus viij. extruendum curauerat, inferri iussit, ipsa tamen sepulturæ non interfuit. Sic exuuię innocui adolescentis & Regis, primitijs saltem imperij et spe, si superstes fuisset, optimi præstantissimiq; s. die Augusti in auito sepulchro conditæ sunt, Anno Domini 1553. Vere in hunc quadrare dixeris quod de Marcello legitur apud optimum Poëtam, Ostendent hunc tantum terris fata, nec illum esse super uoluere. Quamq; uoluissent illa fortasse si domestica perfidia fœdissimo scelere sibi temperare potuisset.

Ferunt postea & honoribus & præmijs affectos esse eos, qui in officio & fide erga regiam sobolem constantēs permanserāt. Inter quos Gilbertus ille auribus mutilus nobilitate & aliquot

aliquot milibus librarum auri in singulos annos pro amissarum auricularum solatio à Regina donatus est. Post illa ego ex Anglia discessi. Sed Brugis aliquandiu officij causa commoratus, ad consulem nostrum D. Hermannum Falconem I. V. Doctorem scriptum uidi, Ducem Northumbriae 22. die Augusti cum aliquot complicibus horrendo supplicij spectaculo facinorum suorum poenas luisse, docentem suo etiam exemplo, quod à sapientissimis accepimus, Per uindices

Dei oculos nihil sceleratum
esse aut diuturnum aut
impunitum.

τελθ

SEQVI

SECVITVR GENEALOGIA

FAMILIÆ HENRICI VII. ET HENRICI
VIII. Angliæ Regum, lucem adferens priori narrationi
de regni in Anglia motibus, qui fuerunt Anno
1553. Mense Iulio.

HENRICVS VII. EX ELISABETHA EDVARDI IIII filia, Liberos habuit

Arthurum principem Walesie, qui sponsam habuit Catharinam Hispaniensem, quo non diu superstite Henricus VII. eandem duxit.

Henricum VIII. qui coniuges habuit

Margaretam nuptam Regi Scotie Iacobo IIII. unde natus Iacobus V. qui duxit filium Gallici Comitis de Gwisfen, unde filiola nata adhuc in Gallia superstes est.

Mariam, hæc nupta primū fuit Ludouico XII. Franciæ regi, quo defuncto nupsit Carolo Brandonis, quem Henricus VIII honoris causa Ducem Suffoliensem fecit. Hinc nati sunt

I. Catharinam II. Annam Bul III. Ioannam, defuncti fratris uiduam, catam. ex hac quā tamen re nata
I. Eduardus VI. Angliæ rex, 16. annorum nūc superstes. puer cū mortetur.
Ex hac nati

IIII. Annam Iuliacensem postea repudiatam.

V. Catharinā VI. Catharinam mortuam Henrico VIII. nuptam Anni ualdo Thoma Senior.

Filius sine coniuge mortuus. Francisca nupta Marchioni Dorseth, qui iam est Dux Suffolciensis. Hinc nascuntur
Eleonora de sponsata Comiti de Co-merland, unde nata filio adhuc superstes.

Filius infans mortuus. Maria regni heres defuncto Eduardo VI. iam regnans.

Ioanna, Catharina, Maria.
Nupta Gilferdo filio IIII. Ducis Northumbriæ, qui eandem nupurum suam extincto Eduardo VI. ut in suam familiam regni successionem transferret, Reginam proclamari curauit, cuius technæ perfidiæq; paulo post cum omni familia pœnas dedit.







IOANNIS
Northumbriæ nuper
Ducis, in Anglia: quum
ad supplicium pro-
ductus esset, ora-
tio.

Coloniæ apud Iasparem
Gennepæum.

ANNO M. D. LIII.

Cum Gratia & Priuilegio.

1553

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 350

PROBLEM SET 1

DATE: _____

NAME: _____

SECTION: _____

INSTRUCTOR: _____

TA: _____

ASSISTANT: _____

PROFESSOR: _____

STUDENT ID: _____



IRI BO

NI, Q VICVN

q; me morientem

spectatū adestis,

etsi mea mors odi

osa & hominum

opinione perhorrenda sit, uos tamen

oro, quæ deo authore fiunt, de ijs cā-

dide ut iudicetis. Nam is bene, ita

ut melius non possit, omnia agit.

Ego uero quod ad me attinet, proflē-

gatum me & miserum agnosco pec-

catorem, pœnam capitis pro meritū,

ac mortū legum ex autoritate ius-

stissime addictum; tametsi quod fa-

ctum mihi mortis causa est, id non a

me solo (ita ut putatur) natum &

profectum est. Ego aliorum impul-

su ad id suscipiendum motus sum,

aliorum inquam impulsu id ut susci-

perem inductus sum. sed absit apud

A

ñ

uos

uos quenquam nō minatim ut per-
stringā. Nullius ego apud uos nomē
edam, ac p̄pterea id a me ne expecte-
tis rogo. Ego quanti mea interest o-
mnibus ignosco, deniq; ipsis identi-
dem ut condonet, uehementer oro.
Quod si uestrum, qui adestis quen-
quam læsi, a uobis atq; uniuerso ho-
minum genere ueniam peto: maxi-
me uero ut mihi ab Illustrissima re-
gina, in quam meum atrocissimum
crimen est, ignoscatur postulo.

Populus acclamat, Amen.



Os autem inquit uniuers-
sostestes uolo, me chari-
tate & perfecto in omnes
amore præditum e uita ex-
cedere, eoq; me ipso mortis in articu-
lo uestris precationibus iuuetis quæ-
so. Porro unum, uiri boni, quod a-
pud uos dicam restat, ad quod me

conscientiæ meæ religio uel impri-
mis mouet, id autem est, uos ut mo-
neam atq; hortor, a factiosis concio-
natoribus & doctrinæ nouæ autho-
ribus caueatis, qui se diuini uerbi cō-
cionatores uideri uolunt, re uera au-
tem sua inuenta docent, hi suas cogi-
tationes atq; animi conceptiones ex-
plicare nunquam potuerunt, quid
crastino die uolunt, hodie nesciunt,
nihil in ipsorum doctrina firmum
aut constans est. Librum illi quidem
aperiunt, sed apertum deinde claudere
nesciunt. Etiam atq; etiam uidete
quomodo uos in opiniones peregrina-
nas & genus doctrinæ nouum conij-
ciatis, quæ res nec parum huic re-
gno detrimenti attulit, & diuinam
numinis iram merito in nos exci-
tauit, id quod facile intueri possit, si
cui libebit multiplices illas calamita-
tes ad memoriam reuocare, quibus

afflictum est hoc regnum, ex quo ab
Ecclesia Christi catholica, & doctrina
a sacratissimis Apostolis, martyribus,
sanctis uiris omnibus recepta, per omnes
nationes Christi nomen proficentes,
ab ipsis Christi temporibus usitata,
nos seiunximus. Ego uero pro certo
credo, quæ calamitates nuper post
Henrici mortem, qui erat eius nominis
octauus, atque aliquot annis antea,
huic regno acciderunt, eas omnes
merito nobis accidisse, quod a
reliquo Christianismi corpore, cuius
nos, si ratio habeatur, exigua portio
sumus, nosmet separauimus. An non
belli incommoda, non famem & pestem
sensimus? non principis morte, ciuium
defectione, seditionibus intestinis,
coniurationibus afflicti sumus? non
multiplices opinio numerore, ex quo
Ecclesie Catholice unionem deseruimus,
hoc in
regno

regno inter nos pullularunt: Et quod
tandem calamitatis genus non sensimus?
Quod si ista uos non mouent,
saltem Germaniæ statum intueamini,
quæ postquam Catholicæ Ecclesiæ
unione relicta, in hanc dissensionem
& schisma incidit, assiduis tum
multibus & discordiis attrita pene ultimum
ad interitum est redacta. Quæ
propter pugnantem opinionum discordiam
mature componite, ne iustam
numinis uindictam, nimium
prouocantibus extrema omnia incumbant.
Ne pudeat iterum in uiam redire,
ad cæteras gentes, quæ Christum
profitentur, uos aggregate. Ita efficietis
Christi membra denuo ut sitis,
qui corporis portentosi & sui dissimilis
caput esse non potest. Ad fidei
uestre symbolum respicite, Nonne
hæc habet uerba:

A iij Credo

Credo in spiritum sanctum, sanctam
Ecclesiam catholicam, sanctos
rum communionem.



Qua totius populi fidem ac
Christi nomen profitentis
uniuersitas per orbē spar=
sa intelligitur: quo ego me
ex numero futurum spero. Possem
alia complura in hanc sententiam ad
ferre, homo alioqui (quod nemo ue=
strum ignorat) literarum rudis. Sed
hæc dixisse satis erit.

ATque hoc loco profiteor, uiri bo
ni, uere atq; ex animo, tam serio
ut magis non possim, quæ dixi, ea a
me ipso pfecta esse, nemo id a me con
tēdit, nullius authoritas incitauit, nul
la adulatio aut uiuendi spes commo
uit. Testis est Episcopus Vigornien
sis, quē præsentem uidetis, ueteri ne=
cessitudine mihi coniunctus, apud
quem

quē peccatā mea confessus sum, qui quū
ad me ueniret, ita sentiētem inuenit.
Hæc autē meo ipsius arbitrio & uolun-
tate exposui, ut & conscientiam meā
liberarem, & charitati in patriam atq;
amori satisfacerem. Possem hic, uiri
boni, multo plura recitare, quæ me
ipsa malorum experientia, quæ huic
regno ex ea occasione acciderunt,
usu edocuit: sed aliam mihi rem
agendam scitis, cui, quod iā tempus
effluxit, me ut parem, necesse est. Re-
ginam uero Illustrissimā rogo, atq;
obtestor, quæ ego in ipsius maiesta-
tem crimina admisi, ea mihi condo-
net, cuius rei magnā in spem uenio
ex ea, qua iam dudū erga me usa est
benignitate & clementia. Quem enim
statim nullo iudicio aut quæstiōe ha-
bita, quod cōtra eam arma gessi, cru-
deli & ignominiosa morte afficere
potuisset, & primo in crucē agi, post

A V trahi,

trahi, deinde membratim concidi iu-
beret, tamen pro incredibili sua cle-
mentia & misericordia in iudicium
adduci, & secundum leges latas de me
quæri passa est, quo in iudicio iustissi-
mam & a me maxime meritam acce-
pi condemnationem: nunc etiam de
ipso mortis gñe per clementer & misc-
ricorditer sublimitas ipsius mecum
egit, ac propterea spero ex ingenij sui
bonitate quicquid reliquũ est offen-
sionis & indignationis in me, id totum
condonaturam, quod ut fiat uos
prece mini, etiam atq; etiam obtestor
simul ut eius maiestatem Deus Opt:
Max. diu seruare uelit, ut regnum
in uos cum omni felicitate & dignita-
te obtineat.

Populus acclamabat Amen.

Quum



Vum hæc dixisset, genibus prostratus circumstantes ita alloquitur: Vos omnes rogo atque obtestor testes sitis, me uera & catholica fide præditum e uita migrare: Inde Psalmum quinquagesimum, Miserere mei deus, & uicesimum nonum supra centesimum. De profundis clamaui ad te. Item Orationem Dominicam latine recitauit, addidit uersus sex ex eo Psalmo qui est tricesimus, In te dñe speraui, desinens in uersum illum, quo dicitur, In manus tuas commendo spiritum meum: quum hunc in modum preces absoluisset, spiculator sibi ueniam ut daret, ab eo petiit, ad quem ille: Ego uero inquit, & quidem ex animo tibi ignosco, tu quod tui est officij intrepidus exequa
re.

re. Truncus ei aduolutus erat, in
quem se cum inclinaret, Ego, in-
quit, merui millies ut morerer. Tū
stramen quod erat subiectum,
cruce signat, deosculatur,
cervicem trunco
admouet, ac
moritur.

(☺)

F I N I S: